

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Seria litteratorum, hominum poenitentia, institutio
eruditorum delinquentium - Cod. Ettenheim-Münster 60**

[S.l.], 1727

Parcenesis acutoris [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-108344](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-108344)

eius potentati Delectetur. Haec est una, quae sanctum de
quā scribimus, perseverantiam validioribus viribus infes-
tat, fortioribusq; armis impugnat. quae maiora aciens
odia, tristiora illi bella suscipit, quae callidius illi in-
sidiatur, gravius eam exaltet, audacius insultat, inde-
fessusq; persequitur. sed novit ipsa hostilem, et aeternum
simul, et impetum, neq; quanta sunt eius vires ignorat
cui et resistere probe videtur, quod quibus modis effugere
possit, papam in libris aeternis legere licet.

Paranesis Auctoris ad Penitentiam.

Deus omnium mirabilium auctor, misericordiarum
pater, et consolationis, in tribulatione refrigerium, cuius
gratia praesens homo sua peccata confidat, plangit
et emendat. cuius respectu, et munere incipit vel bonum
facere, vel vitare malum, et refutare, sequi iustitiam, et
declinare ab iniquitate, desiderare perennia, et horumque
peritura, confiteri misericordias tuas, et abnegare impietates
suas: quia nihil proprium habet homo, sed conversio
et profectus illius donum tuum est: nec a se quicquam
potest corrigi, sed a te, dicente propheta: scio Domine,
quia non est hominis via eius: nec viri est, ut ambulet, et
dirigat gressus suos: et Apostolus ait: non volentis, neque
currentis, sed miserantis est Dei: et ipse dicit: miserabor
cui volueris, et clemens ero qui mihi placueris. adesto igitur
supplicationibus meis, intende deprecationem meam,
et quod ex peto perfice propitius, et intende placatus.
tu enim abstraxisti me de laqueo mundi, et eduxisti me
de retiaculo peccatorum. tu referasti os meum ad con-
fitemendum tibi, cum essem peccatis omnibus obligatus: et
fecisti intelligere me quomodo aut pro quibus obsecrare
te. posuisti fiduciam in corde meo postulandi necessaria
anima mea: quoniam cum propheta dixit, volens ad mise-
ricordiam revertaris, et misereris, obliviscens mala hominum
et peccata benignitate pertransiens: et ipse dixisti: petite
et accipietis, querite, et invenietis, pulsate et aperietur vobis.
qui enim petisse, et pulsasse licentiam tribuit, dare sine
dubio et aperire paratus est: nec est avarus ad impetrendum,
qui petere clamat non habentibus: ac per hoc ipse se
postea panisabit egere, qui ad dandum sibi a dispensatore
congruentia remedia modo neglexerit impetrare. sed eo
silere nequeo, facti gratia supervenientis admonitus.
Nam fateor Domine, quod indignum me provenit mise-

127
recordia tua, et dum in grabato multorum peccatorum
huius saeculi, mortiferis quodam iacerem sopore deprepius
misti gratiam tuam cum flagellorum strepitu suscitare
damnabili torpentem lenitiam, ut a perterritis oculis expergerem
factus, dum in me nihil victus boni operis recognoscerem
venire ad te, vita petitus alimoniam, ne me egestas
superueniens in novissimo profocaret.

Adiucò conurgens ad te lamentationum clamoribus.
tui prece multifaria, pietatis tuae pulsans auditus, per
alphabetum quod infra posui, singulas eius litteras, rigans
flumine lacrymarum; compulsi enim me pavore iudicij
tui flere diutius, et gratia tua fecit fiducialiter exorare,
credens quia in te Deo meo transgrediar murum omnium
iniquitatum mearum, quae circumdederunt me atque pra:
restus angustiarum mearum afflictionibus, pertransi
ad amplitudinem latissime iucunditatis scilicet non
huius saeculi, sed futuri. Hanc obrem non desinam
exorare te, donec miseriaris meis, et salves animam meam;
qua confitetur tibi hodie in conspectu tuae plorationis, quia
introduxisti me; quia non meo merito, sed tuo dono a Tartari-
sima perditione claustra perveni, et in fontem lacrymarum
illius ingressus sum, variis nequitiae maculis lavaturus,
quae nondum me petente, sed te prestante mihi collata
est, tuamque misericordiam procurante, nec dum eam quarere
inveni. Ecce iam non minimo tempore in astu afflictionis
eius de iudo, sub distractionis eius regula labores. Cum ipsa
contendens quotidiana examinatione discubior, praesentia
illius magnos mihi gemitus trahit, et flere me quia de-
liqui magis magisque compellit, et gratias tibi refer-
re jugiter docet pro patientia tua magna, quam diutius
sustinuisti me peccantem, et servasti tempus correctionis,
quo relicta pravitate converterer, ne peccatum
incepenter persequens in aeternum cum peccato perirem;
et nunc misericorditer erudiens me in viam tuae operario
salutem meam, subtrahens de corruptione vitam meam,
et animam de interitu: ut scirem electione bonorum
iniqua praetergredi.

Et hoc confidens spero: quia sicut induxisti peniten-
tia tribulationes, ita et indulgentia miserationis imperitias.
non solum auctor, sed et benedico nomen sanctum tuum,
quia distulisti eventum mortis: ne in peccati torpore ad
penam sempiternam desiperem. et subvenisti mihi de
longi providens remedium curationis meae, eo quod ulcere
pestifero laceratam animam meam huius penitentiae
medicaminibus tradideris sanandam. bona enim mihi est
stimulatio illius, quae offensiones praeteritas fugere do-
cet, et futuras cavere me praemonet. leve respuo iugum
oneris eius, quia graviores tollit cruciatus quam infer-
rat, et dum temporaliter premit, aeternaliter redimit.
amabilia mihi sunt vincula illius, quae nunc in parvo

ligant ut absolutum in perpetuum faciant. placita sunt
exteriores sordes illius, eo quod eundem scabrositate
interius anima, maculis emundetur. Et suavior nunc mihi
est eius amaritudo, quam dulcedo ludibrosa vita in praeterito:
quia per illam vitam anima profocatur, per
istam vero ab huiusmodi morte resurgitur. quod illa sor-
didavit, ista diluit, quod cruentavit, illa medetur et
sanat haec. si enim noxiam exterius cernerem in corpore
vulnus, aut aliquem intrinsicum sentirem viscerum dolo-
rem, oculus omnino ad medicum currem, secundam
cum doloribus ferro traderem carnem, et ignito cremanda
cauterio, atque causa reparanda salutis, amari sissima bi-
bere non recusarem antidota. Cur ergo ista moleste
feram, per qua anima de sempiterno interitus salutis per-
petua restauratur? quid retribuam tibi Deus propitius
amator hominum, et clemens justificator peccatorum
pro his qua prestitisti mihi? calicem salutis accipiam,
non est tuum obinde cum laudibus invocabo: in viam
vita reduxisti, gressus meos, grates tibi referre non
desinam. haec est enim via per quam de interis ad
calum recurritur, de peccato ad iustitiam reditur, de
offensione ad tuam gratiam revocatur: et ut in brevi
concludam, omnis ruina haec est reparatio. haec denique
orante publicano in templo superat iustitias pharisaei,
in hac reddit iustorem: haec dardarum per flagella
temporalia ad requiem deduxit aeternam. tibi Domine
latus et gloria, qui percutis, et sanas, vulneras, et mederis.
Das Dolorem, transitorium, et post paululum aeterna
iucunditate refrigeras, quoniam iustus et pius es: iustus,
quia nequaquam delinquenti parcis: pius autem,
quia penitenti misericordiam non subtrahis: et iustus,
et pius es, quia prius hic hominem a peccatis emendas,
et postea ab aeterno supplicio liberas.

Nec unquam de peccato securitatem habere
penitentiam oportet: quia inimicitia eius haec est: partur-
rit enim illi negligentiam, et negligentia sepe insollicito
ad vitia transacta reducit. sed tantum debet esse
promptus ad penitendum, quantum et promptus ad peccan-
dum extirrit. tantumque sublimius per humilitatem proficit,
quanto inferius per elationem nocuitur pro lapsu fuisse:
et non solum plangere, quia malum, quod non debuit, fe-
cit, sed etiam quia bonum non gessit, quod debuit. cautissi-
mum enim haec res, non incertum, iustificat operari:
penitentia enim vera in omni sancto opere, sollicitius
anxiatur. Non habet omnino rursus, fabulas vanas non re-
cipit, neque desiderij inquinatur, factijque protervis: terrene
na non concupiscit, caelestia desiderat, de fine suo cogitat,
iudicium futurum, semper intendit, et qualiter coram Deo

Digne appareat, hoc quotidie sibi procureat, soli Deo mi-
 litat, in nullis mundi negotijs involvitur, in vigilijs et
 orationibus frequentissima est, in jejunijs exercitata,
 in cibo et potu moderata, in labore et lectione assidua,
 in charitate perennis, in castitate perpetua, in sermo-
 ne verissima, in juramento continent, benigna est et
 patient, invidia non succenditur, ira non seperatur,
 cavet iactantiam, humilitatem amat: contumeliam non
 respicit, odit avaritiam, fugit vanam gloriam, super-
 biam detestatur, gaudia respicit, gemitus et suspiria
 et tribulationes amplectitur scilicet, quia misericordia
 tua non negligentibus neque ridentibus conceditur: sed
 afflictis et contritis corde donatur, sicut ipse ait: Beati
 qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Et iterum: va-
 vobis qui hunc ridetis, quoniam lugebitis et flebitis, et
 Apostolus: miseris inquit, estote, et lugete, et plorate.
 risus vester in lachrimam convertetur, et gaudium in ma-
 rorem. Humiliamini ante Dominum, et exaltabit vos. Cer-
 tum sane est, quod omnis culpa fletu solvatur si re-
 novata morum pravitate, et contracta malitia non re-
 pehatur. Nam non sufficit a malo discedere, nisi sub-
 sequatur bonum etiam operari: sicut scriptum est: Decli-
 no a malo, et fac bonum: et alibi: quiescit agere per-
 verse, discite benedicere: quatenus peccato satis factio
 penitentia opposita simulque praeterita malitia succa-
 dent bonitate cooperta, et obvoluta pereat, et minus
 inventa mortificetur. quomodo enim quia per satis factio:
 non fletus, lapsa est sum erigitur anima, et huiusmodi
 lavacro nitore pristini recipit dignitatem, expedit mihi
 augere fletus, et celebres facere lacrymas, super crebro
 repetitas iniquitates meas, quas innumereabiliter fre-
 quentavi.

Non enim mihi plorare sufficere puto iuxta
 copiam Delictorum: plangam ob hoc assidue in amari-
 tudine Delicta mea, si forte tibi placeat usquequaque
 mundare me ab illis. Utinam meo capite in cruce
 lateres verterentur, et pro lacrymis sanguinem funderent:
 ut crudelia peccata, crudelibus lancetis abstergerem,
 quibus me olim ignava fatuitate nequiter vulneravi.
 Immensis idcirco radijs satagens evertebatur anima mea,
 qua etiam exaruit formidine tui furoris exterrita. Con-
 versa est in succum absinthij vira mea, felle et aceto
 redundant viscera mea, doloribus profundis corrumpunt
 praecordia, suspirio excipitur, et gemitus in
 gemitum irrumpit. Timore futurarum sanctorum, et pra-
 sentis flagellorum arumna, incurvatus et humiliatus sum
 usque in finem: nec populi onere multiplici progre-
 satus caput erigere. Stant mors, stant et immissa
 crimina coram oculis meis: et res nulla non est, unde
 possit esse redemptio. Ob hoc ineffabiliter conturbatus,

nec regimine utor, nec consilio, angustia pressura usque in
desperationis perducit articulum, et velut in avaros et
confusus status mentis mutatur, ut subruat, interdum ti-
mens propter austeritatem culpae, ne nolis ignoscere,
interdum confidens propter lenitatem misericordiarum,
quia statuas liberare, et inter spem et metum non est par-
va commotio cordis mei: quia si viam perdere, incitat iusti-
tia, si autem viam salvare, incitat misericordia: et licet
flagella praesentia conversum a peccatis absolvant, mens
tamen ideo titubatur, ne plaga mea non sufficiat ad ex-
purganda omnia delicta mea: et tamen sapientia tua
subtilitas, ita exterius inrogat penas, sicut interius pro-
spicit culpam, sed quis de iudicio tuo poterit esse quietus
cum aperiatur restrictionem examinis tui, nec iustitia iusti-
secura sit? si etiam de otioso sermone reddenda est ra-
tio, quomodo securus ero, qui principalia mala commisit?
Non est omnino securitas in mente mea à vultu iudicis
tui, neque pax in conscientia mea à facie peccatorum
meorum: fides magna est velut mare, contritio mea, quia
peccata est plaga mea. Quero portum evasione, et
nequaquam reperio, quomodo regrediar de pedibus
deceptionis satanae: illaqueavit pedes meos, et nullo
modo prevaleo. Vociferor dolorum multitudine su-
peratus, et non est qui eueat. laboro in luctu, et gemitu
compeditus, et deservus in angustia carceris, nec est
qui consoletur.

Heu me, heu miserum et infelicem, quem pau-
na iustissima terrent, quem ultiones dignae commi-
nuant, quem flagella et iurgia recte collidunt, qui
varia miseriarum afflictiones opportune deservu-
lantur: quia peccavi nequiter, deliqui crudeliter,
erravi vehementer, corruj fortiter. Ne mihi qui me
tantis malis pollii, tanto malo fedavi, qui non sa-
pui evitare ne biberem de veneno calicis diaboli, quod
necavit animam. Et modo non indigerem denuò vivi-
ficari, qui circumspici sine non custodiri, ne brassi-
foderet lancea illius, et esum modo sine vulnere et
non quarerem medicinam, qui non intellexi ut fugerem,
et non irretiret laqueis eius, ut esum modo
liber, et non clamarem pro resolutione, infelix ego
homo, qui me de tanto nexibus liberabit, et de dis-
crimine mortis huius, nisi gratia tua poterit omni-
potens per Jesum Christum Dominum nostrum, qui
populi redemptionem in salute mundi: et in
cuius iustitia et sanctificatione omnis deletur iniqui-
tas, et mortis evacuatur imperium: qui factus est
(ut propheta dicit) petra refugium herinacis

id est superstitio, et salvatio peccatoris, de quo et
 Joannes ait: si quis peccaverit, advocatum habemus apud
 patrem Jesum Christum iustum, et ipse est propitiatio
 pro peccatis nostris, non pro nostris tantum, sed etiam pro
 totius mundi: in quo omnis est a te constituta salvatio dicente
 petro iudeis: Non est in alio aliquo salus, nec aliud nomen
 est sub celo datum hominibus, in quo oporteat salvos fieri:
 qui habet claves mortis et inferni, qui referat portas abyssi:
 et claudit ostia tenebrarum, aperit et nemo claudit, claudit
 et nemo aperit: cui dedisti omnem potestatem in celo et
 in terra. in cuius nomine omne genu flectitur, caelestrum,
 terrestrium, et infernorum: qui est vir voluntatis tuae: in cuius
 manu perficitur omne quod est placitum coram te qui
 cum sit splendor gloriae, et figura substantiae tuae, portans
 omnia verbo virtutis tuae, sedens ad dexteram tuam, pur-
 gationem peccatorum faciens, et te pro peccatoribus inter-
 pellans, qui est universae rei principium et finis: quia
 et ante eum nulla extiterit creatura, et per ipsum facta
 capit esse universa creatura, et ipse erit consummatio
 omnis creaturae, cum finem mundo, et iudicium dederit: quo-
 niam ipse est vir quem praeparasti iudicare vivos, et
 mortuos, nec iudicis tu quicquam, sed omne iudicium
 dedisti ei: qui solus habet potestatem perdere, et liberare
 quia complacuit tibi in deo: exaltasti eum super omnes
 celos, et super omnem principatum, et potestatem, et do-
 minationem, dans illi gloriam et honorem, constituens eum
 super omnia opera manuum tuarum, et subiciens uni-
 versa sub pedibus eius: per quem facta et condita sunt
 omnia in celo et in terra, visibilia et invisibilia, a quo
 continentur, in quo constant universa: per quem fundasti
 terram: stabilisti celos, conclusisti abyssum, vallasti mare:
 quia sapientia, et consilium, virtus, manus et dextera tua
 ipse est, concreante, et convivificante, cooperante et illu-
 minante omnia, et quae sunt in omnibus spiritu sancto
 qui a te ab eodem filio tuo procedit ineffabiliter: cui et
 ego ab incunte aetate fideliter credidi: cui et peccata
 confiteor, et a quo veritatem profundam cordis humilitate
 deproscio.

Unde Domine mi Jesu, quia multa sunt misera-
 tiones in manu tua, et non pateris perire quicquam,
 sed omnes vis salvos fieri, et ad agnitionem veritatis venire:
 quoniam execrando mortem, non letaris in perditione vi-
 vorum: neque vis interitum hominis sed salutem, et ob hanc
 causam te ipsum humilians, cum esses Deus, ut homo inve-
 nitur, qui utique perierat, fieri homo dignatus es. Ad te
 mihi redeundum esse de pravocationibus meis oportune
 decrevi: suscipe me in manibus tuis revertentem cum
 fletibus coram te: excipe dignanter preces confessionum

meam, et salva confidentem: noli contemnere penitentiam
Domine, punit me errare, et doleo nunc stulti dudum per-
petrasse nequissima: sed noli a me avertere faciem tuam
quia sivi, poteris me mundare: tibi enim mortificandi, et
vivificandi, et liberandi, ligandi, et solvendi potestas est: ani-
mam meam diversorum criminum tradidi nexibus illiganda
quam et scelere pessimo, sicut inspicis, vulneravi: solve Do-
mine, solve iam vincula colli mei, quibus ad te Deum clamo-
multipliciter obligatus, et enudatus vulnere miseratus adhibe
medicinam. Redde mihi pristinam sanitatem, et vivat anima
mea remedio tui. Dirum siquidem arguas vulnus meum,
nec ego dirum esse diffiteor, te tamen hoc medicari indu-
bitanter posse confido: quia nihil esse tibi difficile, nihil
impossibile credo: ego quod omnia possibilis apud Dominum
te perhibente didicerim, cum teaspere camelum per jo-
rdanem acris facile protestaris. Deliqui, Domine, deliqui
multum, et hanc ob causam, sicut ipse proceris, tribu-
lationes meas dilatata sunt nocte et die torquentes cor
meum. Non enim culpa mea vel peccatorum parva con-
geries, ideo multus gemitus meus, et mens mea magna per-
turbationis eversione mestissima: sed consideratione mag-
narum et innumerabilium miserationum tuarum, a labe di-
criminis surgere paulatim revivens me direxit ad spem in-
dulgentiae pietatis tuae: ut in fide nihil hastas peram ve-
niam, et non moriar, sed vivam. A deo reversus ad percutien-
tem me, et habentem potestatem super plagas meas, te
scilicet et Dominum meum, curvo tibi genua mea, et sedula
oratione cum confessione penitentiae in contritione jejuni
deprecor te, dans gloriam nomini tuo in laude et benedictio-
ne frequentissima. Hoc enim docuisti me in solitudine
conclusionis mea. nunquid non hoc modo reparabis casus
ruina mea? credo plane quod facias.

Haec igitur spem in confessione, in qua constanti-
simè solidatus nec desperavi, nec desperabo, sed perfecta
utor fiducia: quae, erasa et absoluta de corde nequitiarum, pos-
sim postulatione praemissa ab omni morte criminum per te
reviviscere, et omni collusione peccatorum interjecta con-
fessione purificari: quia fidelis es in verbis tuis, et quae
proceperunt de labijs tuis, non facies irrita: non sunt enim
consummata miserationes tuae: neque praecipit in hac vita
quocumque casu eventibus surgentis fiducia: quoniam in omni-
genio peccato posuisti reditum, et servasti penitentiam in
remedium peccatori. nolo, dicere, mortem impij, donec rever-
tatur et vivat. Et iterum: si dicente me ad impium, morietur,
et conversus ab impietate sua penitentiam egerit, iusti-
tiam faciet, in mandatis vita ambulaverit, et reliqua
vita vivet, et non morietur. Et in jeremia: repente loquar
adversus gentem, et adversus regnum, ut eradicem, et destruam,
et disperdam illud: si penitentiam egerit gemilla a malo

suo, quod locutus sum adversus eam, agam et ego penitentiam
 super malo quod cogitavi, et facerem eis. *Responsum:* ecce
 ego frango contra vos malum, et cogito contra vos cogitationem,
 revertatur unusquisque à via sua mala, et dirigite vias ves-
 tras, et studia vestra. qui dixerit nequaquam, desperabimus,
 post cogitationes nostras ibimus, et unusquisque peccatum cor-
 dis sui mali faciemus. Et ad Jerusalem, cum prono populo
 omni crimine sceleratissimo, idola retinere dicit: vide vias
 tuas in convulle, scito quid feceris, cur per levis explicans
 vias tuas: onager appetus in solitudine anima sua attor-
 xit, ventum amoris sui, nullus avertet eam. Vulgo dicitur,
 si dimiserit vir uxorem suam, et recedens ab eo duxerit virum
 alterum, nunquid revertetur ultra ad eam? nunquid non
 polluta, et contaminata erit mulier illa? Tu autem fornicata
 es cum amatoribus multis: tamen revertere ad me, dicit
 Dominus. levis in directum oculos tuos, vide ubinam prosti-
 ta sis: tu qui sedebas expectans eos quasi latro in soli-
 tudine, polluisti terram in fornicationibus tuis, et in ma-
 libus tuis: quamobrem prohibita sunt stilla pluviarum,
 et serotinus imber non fuit: frons mulieris meretricis fac-
 ta est tibi, noluisti erubescere. Ergo saltem amodo vocame,
 pater meus, et dux virginum mea tu es. nunquid irascaris
 in perpetuum, aut per seceabis usque in finem? Et iterum:
 revertere advesatam Israel, ait Dominus, ad me, et non
 avertam faciem meam a vobis, quia sanctus ego sum, dicit
 Dominus, et non irascaris in perpetuum. convertimini rever-
 tentes: quia ego vir vestrae spumae vos, si abstuleris ofendi-
 cula tua à facie mea, non commoveberis.

Ipse autem per Jeremiam, permanente in scelere
 populo, hinc volente reverti, ad huc retinendo patientiam,
 dicit: noli sublevere verbum, si forte audiverit, et revertatur
 unusquisque à via sua mala, et peniteat me quod co-
 gitavi facere eis propter malitiam studiorum suorum. Et
 in Hana dicit: Ego sum qui loquor iustitiam, et propug-
 nator sum ad salvandum: si revertamini, et requiescatis, salvi
 eritis. Et iterum: revertere ad me, non obliviscaris me, et redi-
 mam te. ego sum, ego sum ipse qui deleo iniquitates tuas pro-
 pter me, et peccatorum tuorum non recordabor: sis enim
 quia pravaricans pravaricabis, et transgressorem ex ventre
 vocasti te: propterea nomen meum longe faciam furorem
 meum, et laudem meam infranabo te ne intercas. Et iterum
 peccatoribus ut per penitentiam abluantur, ait: lavamini,
 mundi estote, auferite malum cogitationum vestrarum ab
 oculis meis: quia scite agere perversa, discite benefacere,
 et reliqua: et si fuerint peccata vestra quasi coccinum, ve-
 lut nix dealbabuntur, et si fuerint rubra quasi vermiculus,
 velut lana munda erunt. Et pravaricanti ac delinquenti
 populo, et nolenti converti, de quo iam dixerat ut pro imma-
 nitate facinorum iram suam disperderet eum, in Hana dicit:

Conversum est in me cor meum, pariter in me conturbata est penitudo mea, non faciam in furore ira mea. non conuertam, ut disperdam te: quoniam Deus ego, et non homo, in medio tui sanctus. Si enim averso populo nec penitenti, qui te relinquit omnibus se abominationibus, et impietatibus, et idolis subiecerat, tanta patientia sustineris talem misericordiam obtulisti, quantum placabilior esse poteris super eum, qui non est aversus ab te, et pro peccato suo penitens incurtus deprecatur te? recte dicitur alius propheta clamat: conuertimini ad Dominum, quia benignus, et misericors est, pater et multa misericordia et compassabilis super malitia. David autem ait: miserator et misericors Dominus, pater et multum misericors, non secundum peccata nostra fecit nobis, neque secundum iniquitates nostras retribuet nobis. Et in salomone: miseratus est Dominus penitentibus. et rursum: quoniam pius, et misericors est Dominus, et remittens in tempore tribulationis peccata omnibus inquirentibus se in veritate. Hinc etiam cum propheta testimonio Apostolus exhortatur, dicens: hoc die si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda a vestra; non enim habemus pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris: ad eamur ergo cum fiducia ad thronum gloriae eius, ut misericordiam consequamur, et gratiam inveniamus in auxilio opportuno. Tu autem Domine laborantibus in iniquitate, et oneratis pondere peccatorum clamas: venite ad me omnes, qui laboratis, et onerati estis, et ego vos requiescere faciam. Et multa alia huiusmodi, quae de omnibus scripturis scribere longum est.

Tanta igitur patientia, tantarumque misericordiarum Dominum desideranter quaram, avido adhibeo, libenter sequar, fortiter amplectar, humiliter tenebo, nullatenus dimittam, fideliter deprecabor, in cuius miseratione et misericordia pascet michi per penitentiae viam ad vitam de morte regressio, ad caelum de inferno recursus, ad lucem de tenebris aditus. Hoc ergo imprimis Domine peto, et sic ad reliqua transibo: Da michi devotissimam ad penitendum mentis intentionem, quae sit acceptabilis, et placita coram te: Da humilitatis compunctionem, ut suspirat mens mea affectu tuo, et ingemiscat in vulnere suo, cordis resoluta duritia. Excita omnes sensus precordiorum meorum, ut clament ad te interna vocis fortitudine, si forte quandoquidem audias deprecationem, commoveantur flippilia mei peccatoris, et sonet in auribus tuis munitatis gemitus. Relaxa oculorum meorum habenas, et largo fontis manantes flumine palpebrae meae profluant aquas, ut piacula cunctorum criminum abluantur impetu lacrymarum, currantque sine defectu.

frangitur venarum capitum meum, donec abstergatur omnis
 immunditia iniquitatis. Repleatur os meum veracissima
 confessionis sermonibus, quibus delectatur, et parcere
 clementer studeas, et prestare veniam non moreris: frater
 mihi fructuosa penitendo mea gaudium ex luctu parturitur,
 ex indigentia indulgentiam afferens, et ex labore requiem
 adducens: quatenus angusto calle carceratum afflictio-
 num ad vita me perducas introitum, et catena ferrea
 vinculo resolutionem facias accipere peccatorum. Ecce
 Domine, tempus instat confessionis, et dies remissionis ad-
 sunt, quibus promissa venia petentibus condonatur: quid
 enim amplius tibi confitear, et cum omnibus iniquis me
 epa non denegem, nequidem, quos comparatione mea
 iustos esse constituis? quia nullius sceleris peccatorum,
 nullius facinoris defuit vitium, cuius me sordibus non
 coinguinaverim, cuius non sim pollutus contagio:
~~improbus ad seculantiam, et iniquus in
 crimine quotidie criminis super-~~
 ponens, non cessavi pessimis desideria contingere, volun-
 tate durus, mente praeus, moribus inhonestus, corde pol-
 lutus, et labijs blasphemus, iracundus et contumeliosus.
 propter quod confundor, et erubescio nunc extollere oculos,
 indignum me videre caelestia sidera iudicans, sed fac-
 propter gloriam nominis tui Deus meus: pone mihi
 confidenti tibi veniam in salutem, et indulgentia con-
 cede remedium: ut propitius effectus atque placabilis
 deleas universa facinosa peccatorum meorum, et non
 requiras iniquitates meas, quas iuventutis et ignorantia
 mea gessit, etas lubrica, rudis, lasciva, vana et insipiens
 ad malum prona, ad bonum pigerima, velox ad mortem
 ad vitam difficilis, cui exosa sunt opera lucis, et teneb-
 rarum amarissima, quae cadere diligit, surgere negligit,
 amara est illi, salus et dulcis praeditio: solve Domine rem
 inexplicabilibus nodis adstrictum, et abruptis laqueis cri-
 minum, abire facito liberatum: ut saltem in bona vo-
 luntate tua, et non peream in mea malitia, neque descenda
 in infernum, unde ultra non est ascensio: quid copiosior
 est misericordia tua, quam peccatorum meorum abundan-
 tia. Et amplius tu benignissimus, quam ego nequissimus. Ego
 quidem malignus, et praecipue tu autem mihi et patiens:
 ego ad corruendum pronus et fragilis, tu ad erigendum
 promptus et fortis. si retro gesta respicias, praetiturum illico
 censeas: si velle propens, et votum intendas, credo quod sal-
 vare me iudices, eo quod direxeris cor meum in desiderijs
 tuis, quibus mentem meam ardentius servare conspicis, quia
 scilicet te anima mea pariter et caro delectatur. Redime me
 Domine Deus meus ab omnibus angustijs meis, ad placeat

tibi de interitu eripere me. Revocame de janua mortis,
et redue me in vitam aeternam, ut cuream in limina man-
datorum tuorum, et ambulem in veritate tua.

Non me tenebrarum caverna retineat, non bar-
rathrum abyssi vel antea concludant: sed patefacito mihi
lux lucis aditum aeternae vitae. Refera portum, quia tu
es Deus contriti cordis excipiens lacrymas, et penitentiae
acceptans humiliationem. Nec enim vocaberis in non
peccantibus pius, sed cum conversus fueris impius, et pecca-
tori miseratus à malo. Semper colui in deterius, et de
malis in peiora defluxi: sed valde peritus es artifex
sciens de inutili utile tibi vasculum figurare: hoc etenim
ab initio opus tuum iustus ex iniquis efficere, et dignos ea
indignis formare: erigere rursus elisos, et labentium an-
tiquas reparare arinas: quoniam, ut ipsa protestaris, non
est opus sanis medicus, sed male habentibus: hoc etiam cau-
sa fecit te in hunc mundum descendere, ut peccatores
salvos faceres, quorum principalior ego sum: et si tunc
inimicos, adversarios, adversos et impios cum doloribus
tua passionis salvos facere voluisti: amicos nunc, con-
versos et penitentes perdere poteris? absit. Delectat
verè te peccatoribus, si convertantur, indulgere, qui pro
peccatoribus mortem non recusasti suscipere.

Nam nequaquam pro iniquis crucem ascenderis,
si iniquis parcere recusares. Si enim legioni demonum
impenitentium, et sine lacrymis porcorum gregem exsetite
non negasti, quanto magis animae fidelis te fletibus im-
precanti, facilius concedere peccatorum veniam promp-
tior eris? fidus ob hoc tibi penitentia mea preces, et
lacrymas offero, salvabis me, sicut et ceteros, quos deliquisse
penitent. An infacunda remanebit ex me, vel in me flum-
arida et irrita fiet fiducia, et promissio pietatis, et indulgen-
tia tua, per quam omnes salvantur conversae cognationes
terrae? Nunquid in uno penitente fiet insufficientis multa
clementia tua, qua nunquam dando potest minorari, nec ali-
cuius egestatis effectu coarctatur? nunquid in me plura te con-
tinebis, ne postulata largiaris misericordia fructu factus
sterilis? num dolebis contra me in perpetuum, propter peccatum
parvi temporis: quod tua providentia disponente execrans
et abhorrens penitens: cum non ego creatura ex terra, et cinere
corruptibilis et mortalis? tu autem Deus creator incorruptibi-
lis et immortalis? nunquid obducatur in clementiam, afflictum
et humiliatum non exaudies, aut iudicabis punire confitentem
tibi, aut obsecrantem te dispendere censu? non ita credam,
nec velle te suspicabor, quia hoc impium, et contra naturam
Divinae pietatis. Ad id supplicem et confidens exoro misericor-

Diam tuam, ut petitiones meas benignâ voluntate perficias.
 Inclina Domine aurem tuam, et audi, aperi oculos tuos, et vide
 desolationem meam. Vide afflictiones multas, et miseras, que
 me, sicut plantam paleam, conterunt, sicut lanam finea de-
 vorant, sicut lignum putridum ^{vermes} consumunt: et furorem misericors
 suspende flagellum.

Jam miserere mei, placare, et revertere, parce anima
 mea, parce peccatis meis. Non mei obliviscaris in finem, non
 mihi in perpetuum irascaris, non me usquequaque deseras, neque
 peritulum ullatenus derelinquas, sed restitue mihi gratiam
 tuam, et saluum me fac in loco periculi, quo iacet caro mea
 prostrata ferro, percussa plagis, fatigata panis, sepe lan-
 guoribus, humeris deserta curis, perregata confectis, quadris
 operata lapidibus, in sterquilino, et fatoribus iusto iudicio
 affixa, in tenebris et umbris mortiferis, diuturnis exposita mi-
 seris. qua ipse cuncta prospicit, qui sedes super cherubim, et
 abissos intueris. Jam antiqua facta est, et vetusta contritio,
 et percussio mea, nec est qui memoretur peccatis tua, neque
 qui compunctus corde recogitet dicens, tam propter Dominum
 miserere mortalis, mortali eternum dedit carcerem ferrugis
 perenne. Ereptionis non est mihi misericordia reservata, iu-
 dicio sum irrevocabili condemnatus, impetrare veniam perituro.

Recordare Domine misericordiarum tuarum super me
 et gravem hanc atque produram multam sententiam, quia tu
 dixisti, non affliges in eternum proximum tuum, quia mis-
 ricordiam volo, et non sacrificium, atque contra impietatem,
 quâ licet iuste morior, tu tamen quia pius es, clementer
 vita para, suffragium: impende Domine propitius Divinum,
 ubi humanum recepit auxilium: unicus sanguis tibi relictus
 sum: et adiuva me solitarium. Non sis mihi alienus in diebus
 angustiarum, neque derelinquas in tempore tribulationis, pro-
 tege me custodire me non desinas, et foveas alere ne desper. Con-
 firma oculos tuos super me, ne peream, tuere et vivifica
 me: esto anima mea, simul, et corpori vivificator, et vita,
 omniumque infirmitatum mearum sanator et sanitas, ut vivam
 munere benefici tui, et collaudem te in vita meâ coram gab-
 ribus meis, donec placatus inspiratione tuâ, et quiescat in-
 dignatio tribulationis me, quoniam tibi potestas est, ut hic cor-
 da principum corporis placeantur inflectere, et illic à futur-
 ris panis animam liberare, cui nemo dicitur, quid fecisti?
 nec quisquam resultabit iudicio tuo, neque voluntati resistet,
 neque verò audebit arguere tunc quispian reum, quem tu
 nunc à culpis suis feceris absolutum: sed erit sine aliquâ
 contradictione beatus, sicut scriptum est, beati quorum re-
 missio sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata. beatus
 vir cui non imputabit Dominus peccatum: et Apollolus: si
 Deus, inquit, pro nobis, quis contra nos? Deus est, qui iusti-

ficat: quis est qui condemnet? proba me Domine, proba me
in camino humiliationis, quo diutius indignum examines. Rogo
tantum ne reprobes noxias peccaminum comburere subigines
pernitiosos uttula criminum, squallores: ut de adulterina plum:
bi commixtione aurum purissimum et rubilans educas, et acce:
lera ut eripias me sic a flagello temporalis, culparum meam
excepas de sera: ut nihil in futuro quod punias, sed quod beati:
ficus derelinquas. Hic me Domine Deus ab omnibus mundi
criminibus, hic ab omni vitiorum collusione deerge, hic ab
omni peccatorum vinculo solve, ut aut si viventem laxaveris,
purificatus abeam aut si vocare decreveris usquequaque mun:
datus a sumar. Tu meam animam in corpore positam regi:
tu exeuntem à corpore suscipe, tibi in aeternum adhaere
concede: ut nullatenus pereat res per multas lacrymas com:
mendata tibi Domino Deo, et Creatori suo. quod si adhuc
in carne mihi prolixior vita servatur, novam praeciorum
honestate componatur. Exue me feditate omnium vitio:
rum, et indua dignitatem cunctarum virtutum, charitatis et
benignitatis, humilitatis et continentiae injiciens inter fere
germina. Cupiditatis autem et avaritiae, vanitatis et arro:
gantiae, ira et impatientiae, caterarumque nequitiarum putridas
anputa verustates, circumcide superflua, inhonesta de seca:
elata deprime, noxia et infacunda recide, ut maligna arbor:
ris amaritudo, bonos succos generet demutata, dulces tibi post
molestiarum acerbitatem partucias fructus, ut quod non
habuit prius natura, offerat amodo collatum ex gratia.

Peccandi à me fuga occasionem, et in exercitum boni
excite sollicitudinem. Huc sum peccandi tolle desiderium, et
omnes exclude carnales affectus. Non stin animam meam concupis:
centia fada libidinis, sed amor inhabitet pulcherrima casti:
tatis. mundi huius ambitio longe sit à me, ut impedimento
illius à recto proposito non declinem. Tui factum timoris
et amoris opto mihi gratiam semper inesse, quorum in frue:
tu ab omni vitiorum mortalitate denovo revivisam. Nam
per timorem à malo receditur, et per charitatem bonum
opus peragitur. Rursus quod operatur charitas, per amo:
rem custodit timor, ne pereat per elationem. Item charitas
festinat Deo coniungi, et timor non dimittit ab eo separari.
ipse est timor sanctus permanens in saeculum saeculi. Noxia
prosperitates, et amicitia huius saeculi non mihi appropin:
quant: adversitates autem tempera, ut possim sustinere: quo:
niam prosperitas deiecit, adversitas erudit: et sapi ad peccandu
prosperitas animum illicet: adversitas autem, et à peccato
suspendit, et presentem odire vitam, atque futuram deside:
rare semper provocat, et suadet.

An nullis ergo mundi negotiis me ulterius permittas
involvi, sed tibi soli militem, tibi semper serviam: te incepan:
ter adorem, tibi die noctaque psallam. Malorum cogitationum

semina, rorem et incensorem inutilium desideriorum, ac bona
 intentioni contrariorum respelle à me, et contra omnia tenta-
 menta illius, captiosasq; Deceptiones, auxilij tui et Defensionis
 pone presidium, ut ad perseverantiam bonam inflexibilem
 me procurans confusus abscedat. Omnia peccata mea flere
 tantum, non desiderare permittas. fac me odire, quae odij, am-
 plecti quae diligis. Obtemperet mens mea mandatis tuis, et volun-
 tas mea voluntati tuae concordet: ut nihil turpe, nihil injustum,
 nihil inhonestum, nihil indecens vel impium in conscientia mea
 delectamento obortum intreat: sed amore tuo intentio mentis
 anhelans, iustitiae et pietatis operam asequatur. Sit autem
 opus mundum, et oratio, sicut praecipis in occulto, ut non ad
 oculum se viam quasi hominibus placiturus. Legem tuarum
 admonita, et statum honesti prima gesta scire me permittas,
 et factis implere concede. ab omni laqueo peccati me re-
 trahere, et ab omnium errorum labe suspendere. disciplina tua
 re sagulis semper astringe, et ne ulterius decedam, famipine
 tene. Trahe me post te, et duc quocumq; placeat, et ne per-
 mittas ullatenus retrogradum terga meum divertis: sed in
 tuo timore sollicitus, in amore perfectus, in fide constans,
 in spe nullatenus dubius, dilectione proximi ferveam, odij
 ardore non urar, nec invidia livore tabescam. sanctum sum-
 per opus inspira, ut cogitem, compelle ut faciam, suade
 ut diligam, confirma ut teneam, custodi ne perdam. Mater
 et regina septem principalium vitiorum superbia non in-
 grediatur, nec requiescat in domicilio cordis mei, neq; sobo-
 les eius mihi adhaereat, id est, gula, concupiscentia, fornicatio,
 avaritia, invidia, ira, tristitia, vana gloria. Da autem mihi
 à contrario profundam humilitatem, quae curvetur altitudo
 superbiae: Da me mensuram abstinentiam, quae superflua ventris
 refronetur edacitas. Da castitatem, cordis munditiam, quae
 immunda luxuria sopiatur: Da velle largifluum ad erogandam
 elemosynam, quo tenax avaritia respuatur. Da perfecte
 dilectionis amorem, quo zelus extinguitur invidia.

Concede tolerantiam patientiam, per quam ira superata
 deficiat: tribue aeterni gaudij spem, quo tristitia amaritudo
 demulceatur: fac deinde, sic intus feceris in mente de bono
 opere gloriosi in te, ut vana gloria foris ex me procedat
 iactantia: dona etiam mihi in omnibus tenere iustitiam, mag-
 nanimitatem, temperantiam, et fac me cum simplicitate esse
 prudentem, ut et beatam vitam sinceriter agam, et malum
 prudenter evadum: atq; fraudulentam, et Deceptoriam astu-
 tiam diaboli, ne me per speciem boni fallat, ut et discernere
 rationabiliter valeam et providere: fac me post haec mitem et
 benevolam, pacificum et mansuetum, modestum et verecundum,
 reverentem et timidum, equum et sine simulatione veridicum
 et sine dolo rationabilem, bonisq; concordem, in vigilijs, et ieiun-
 ijs et oratione constanter strachuum: Da etiam in mansuetudine

moderatum habere sermonem, et amico subinde frui silentio,
ut loquar quod condecet, taceam quod loqui non oportet,
vel quicquid ex virtutum fructibus conferre dignaberis,
mactificam jactantiam, patrona servet humilitas. Da sine
aliquo errore prava religionis, immaculatam tibi servare
fidem, et iuxta fidem dignum esse operarium: ut fidem recta
opere pravo non polluam: et quem bene credendo confiteor,
male vivendo non derigam: quemq; strenua fide sequor, actu
negligentia non offendam: fac me in sancto conversantem pro-
posito sequi iustitiam, diligere misericordiam, amare veri-
tatem, refutare mendacium, falsum nihil meditari vel loqui:
te indefinenter timere, religionem venerari, pacem cum
omnibus sine dolo tenere, discordes ad concordiam revocare,
charitatem insultatam offerre, nullum scandalizare, nullum
me proferre, sed inferiorem omni infimo iudicare, prin-
cipibus et potentatibus in nullo resistere, in omnibus obtem-
perare, reverentiam et honorem exhibere, paucis, obedi-
entiam et charitatem aequalibus offerre, gratiam opportuna
dilectionis junioribus ostendere, fraternam onera sine periculo
aquamiter sustinere, amicum velut animam meam vener-
tari, parentem et proximum, sicut me ipsum diligere, cure-
tisque simul prodesse, non obesse, nulli nocere, nulli ad-
versari, nullum calumniari, nulli offendiculum ponere,
nullum iudicare, nulli detrahere, nullum condemnare,
nulli injuriosum esse, nullius carere vitam, nullius ex-
plorare rectam sententiam, de me tantum esse sollicitum,
malum pro malo nequaquam respondere, injuriarum
mearum nec memoriam allatenus esse, nec vindicem, sed
omnem bonitate superare malitiam, maledicenti benedictione
parare, adversa pati, non inferre, inimicum ut amicum di-
ligere, convitia et contumelias irascendum sustinere, non
respondere, injuria cito oblivisci, offensori meo festinanter
ignoscere, ad veniam concedendam semper paratum esse, aliena
non concupiscere, nec occasione qualibet auferre, mea vero,
non habentibus, misericorditer erogare, debitum debitori di-
mittere, reformare quod inique directum est, poignus reddere
mutuanti, et nihil alienum apud me retinere, et serventium di-
de reficere, sitientem potare, hospitem colligere, nudum ope-
rire, visitare languidum, requirere carceratum, consolari
tristem, afflicto et lugenti compatiri, non habenti praebere ne-
cessaria, victum et vestitum dividere cum egro, amplecti
indigenam, fovere domesticum, amare peregrinum, redimere
captivum, suscipere advenam, tuari pupillum et orphanum,
suffragari viduam, subvenire oppresso, prestare auxilium desi-
calo, dirumpere colligationes imposterati, contractos relinquare
liberos, et omne onus dirumpere, vel quaeq; praeceptorum huius
documenta declarant, ardentem exquirere, diligenter legere,
prudenter tractare, festinanter exercere, desideranter implere.

Averte Domine à vanitate oculos meos, et
 transgressus meos ab injustitia semitis. Non recipiant au-
 res meae opprobrium ad verum proximum, neque relicta
 veritate peruriant audire fabulas vanitatis, aut verba men-
 daci: neque lingua mea peruriet detrahere, aut maledicere
 principi aut sacerdoti, aut cuiquam subsequenter homini.
 Non sit scurilis nec vaniloqua, non maledica, non dolosa.
 Non decipiam proximum, bonam dicens viam illius, cum
 maligna forsiteri sciverit, sed humili compatione commotus,
 loquar privatim veritatem, et avertatur ab errore, et si quidem
 audierit, salvetur anima illius, et meorum (sicut scriptum
 est) operietur multitudo peccaminum. Sim in audiendo
 festinus, in respondendo moderatus. Non scientia inflat, non
 arrogantia tumore distendat, sed sermone et opere bono
 redundans, humilis, semper existam, ut surgam, non decidam,
 erigam non subruam, ascendam non descendam. Non me
 laudes corrumpant, non vituperationes conturbent: non
 adulationes decipiant, non mendacia deludant: non prosperi-
 tas elevet, non adversitas curvet: non fecunda opinio
 extollat, non sinistra deiciat: non iucunditas mutabilem
 reddat, non tristitia dissimilem faciat. Sed in omnibus et
 vita mea equalis, et vulsus uno modo constans. in salute
 collaudem, in infirmitate gratias agam, in correptione
 non resulem, in flagello non murmurem, de bono opera-
 non extollar, nihil boni facti mihi adscribam, pro nulla re
 in me gloriar, neque confidam: sed gloria, spes, virtus, laus
 et omnis delectatio anima mea te ipse sis: te corde creda,
 te laudibus confitear, te vox mea sonet, te lingua mea iu-
 giter praedicet: tibi non mihi placeam, suamque non mea
 faciam voluntatem, et omnis mens mea te meditetur, te
 delectetur, et sequatur intentio, ut memetipsum abnegans,
 sequar te cum cruce mea, perdere pro te promptus
 animam meam, ut per te inveniam illam: quatenus novum
 tibi hominem ex inutili vetustate, cunctis vitiorum ve-
 ribus concrematum, penitentis caminis restituat, et
 morum pravitate contemptissimum extrema vita reformet.
 ut in hoc adlocatis erroribus, nihil in me subsumam:
 siquis hostis in futuro recognoscat, vel reperiat.

Nunc itaque Domine Deus meus, cum magna exulta-
 tione glorifica nomen tuum sanctum, qui per peccata eras
 disti in ipsientiam meam, et emollisti duritiam per flagel-
 lationes tuas, donec vel invitus audirem voces tuas me divi-
 tus clamitantes, et conversus sequerer resonantem mihi
 iuxta capitulum psalmi dicentis: in phano et clamor maxil-
 larum eorum confitebor, qui non approximant ad te. Et ego Do-
 mine cognovi, et intellexi sonum clamoris tui, et reprehendens
 me conversus sum, et egi penitentiam coram te, sicut haec

Die probat, idcirco in laudem tuam, et consolationem meam
prophetica tibi verba decantem: castiga me Domine, quia
eruditus sum quasi juvenculus indomitus. postquam enim
convertisti me, egi penitentiam: et postquam ostendisti mihi
perculsi famulæ meum, confusus sum et erubui, quoniam
sustinui opprobrium adolescentiæ meæ, et recidatus sum.
Dei mei, et dixi: Confitebor Domino, quoniam bonus, quoniam
in sæculum misericordia eius: in tuâ enim misericordiâ re-
vixit anima mea, et surrexit à mortuis, quoniam segre-
gasti me à peccatis adolescentiæ meæ, et à iuventute meâ
corripuisti me, et convertisti me, et egi penitentiam coram
te. Ideo bona spei factus sum vir, quia servasti mihi
tempus conversionis, quo considerans peccata meâ com-
punctus sum, et egi penitentiam coram te. Cæterum iam
deinde tibi nunc et semper innumeras gratias referam
te totis visceribus implorans, tibi me totâ devotione com-
mendans, quia ut invenires, tu quaesisti me, ut redirem tu
compulisti me, ut verberar, tu respexisti, ut confiterer
tu es operatus, ut me recognosceris plangerem, tu dedisti
mihi.

Pone Domine, lacrymas meas in conspectu tuo,
et perveniat ad te in calum deprecatio meâ publicani
et peccatoris. placita tibi fuit confessio oris mei, et pro-
munerum oblationibus, quas manu non offero, tunc con-
fitebor cordis mei fletum tibi in sacrificium summitto: et
hanc penitentia actionem pro accessione, si mihi fuerit
denegata, suscipito, quia et actio à te injungitur, non
acceptio demandatur. Esto Domine adiutor et protector
meus in salutem, et misericordia tua subsequetur me om-
nibus diebus vita meâ: atq; in umbris læthalibus colloca-
tus, umbrâ alarum tuarum me protegens recrea. Dum
verò diem vocationis induxeris, ecce Domine fletu dico
introibo miser, tremebundus etavidus viam anaripime
mortis obscurissimam, ignotam et irremediabilem pro-
fundâ demergentem caligine. Adesto precor, et subveni
atq; in manus tuas commendatum tibi spiritum suscipe,
Liberans animam meam de ore draconis savissimi, et de
manu atreosissimi inferni cum acceperis eam, et auferas
me de medio umbræ mortis: imò deducas super fontem
lucis nemorosam, et clarissimam regionem viventium. Col-
loca me Domine in caulis luti pimi gregum tuorum, et
associatum numerâ cum ovibus tuis in supernarum man-
sionum tabernaculis, quibus sancti tui Abraham, Isaac, et
Jacob, amicitate fruuntur lucis, et refrigerii cum uni-
versâ multitudine sanctorum tuorum inhabitant: quia
tu es pastor bonus, qui ducis et reducis perditos, tu es et
salvas inventa, fovet et sanat languentia, et tu es misericors

Dominus, qui sperantes in te non confundis, requirentes te non derelinquis, revertentes ad te non despicias, sed exultando et laudando suscipis, amplius gaudens coram Angelis tuis super unum penitentem, et conversum errorem, quam super hominem et nonaginta numeros beatorum: cui eorum patre et spiritu sancto una Deitas, gloria, virtus, imperium et potestas in saecula saeculorum.

Lamentum penitentiale Alphabeticum.

Aspera sunt, quae peregi,
acerba, et gravia:
propter quae si persequi
me iuste decreveris,
Mortis debitor et pana
Novi quod reperies.

Ad iniquitatem meam
si convertas oculos
facto pana quo condignum
Meminem reperies,
Cum quo me cremanda putas
Comburendum censeas.

Ad delictorum mensuram
Criminunque copiam
ipsa pena tartarorum
Vix credo sufficiat,
Eum nec tanta nec tanta
quis iniquus fecerit.

Anxius ob hoc suspiro
quod impie gesserim,
peccatorum peccatorum
Saucius, sicut vulnere
difficile tantis malis
Esse salvis arbitror.

Actor undique pressuris
Comprimbr angustis
fluctuat mens in mare
Cor natat in lacrymis
Nec ullo tempore multo
requies est animi.

Arvi, solique madisq;
non turbabor sinitibus
quin et hac ignis ardore
resoluta defluent,
ubi me miser abscondam
quò ante te fugiam?

Ab immeritate tua
mundi gyrus clauditur
calum terramq; fustis
Et sine te nihil est
qui placatum te non habet
gratum quò fugiet?

Agitur mens agra passim
diversa considerans
Nec elucet evadendi
utisiam efugium
sed abs te Domine fuga,
Et ad te reversio.

Ama sumens penitentis
sacrum, et cilicium,
pulsos pietatis aures
Viscera clementis
Verba fletus et doloris
ingerens cum lacrymis.

Audi preces, et placare
mens quas agra postulat,
consideransq; dolores
impende malagma,
quia tua sum factura,
tuasq; plasmatio.

Adhibe precor medelam,
peccatis vulneribus
profluentia praestringens
Vulnorum ulcera
Corrupta redintegrando
sanctate perpati.

Aufer me de luto facis
peccatorum omnium:
emundare non contemnas
antequam discutias:
Et non ero tunc immundus,
si me nunc piaveris.